

Johann Klein von Heinrich Sprengel

**Meditationum Academicarum. Theoretico-Practicarum Exercitatio I. Ad Libr. I.  
Digest. Tit. I. & II. una cum Historia Pandectarum**

Rostochi[i]: Richelius, 1692

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736216065>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 2. Nov. 1692

Klein, Joh. /a







MEDITATIONUM ACADEMICARUM.  
Theoretico-Practicarum

EXERCITATIO I.

AD LIBR. I. DI-  
GEST. TIT. I & II.

una cum

HISTORIA PAN-  
DECTARUM,

Quam

Divina Gratia Favente  
PRÆSIDE

DN. JOHANNES 

J.U.D. & P.P. necnon Consist. Duc. Meckl. Assess.

Præceptore ac Fautore suo ætatem deve-  
nerando,

IN AUDITORIO MAJORI.

Placido Eruditorum Examini

AD DIEM MENSIS 2. NOVEMBR.

proponit

HENRICUS 

von Köbern Elbinga - Borussus,

LL. Studiosus.

ROSTOCHI,

Typis JACOBI RICHELII, Ampl. Senat. Typogr.

Anno M. DC. XCII,

16

I. D. 134. 37.

Springel

MEDITATIONUM ACADEMICARUM  
Theoretico-Practicarum  
ELMENTA I.  
AD LIBR. I DE  
GEST. III. I & II  
HISTORIA PAN  
DEO  
ET  
PATRONIS.



1807



I. N. J. C.  
PROOEMIUM.

16.

DISSERTATIO I.  
Resp. HENRI-  
CO Sprengelii  
von Rößbern/  
Elb-Boruff.

Continens

HISTORIAM PANDECTARUM.

§. 1.



Uplici hodiè in Orbe Romano jure  
utimur, Civili sc. & Canonico. Hujus  
authoritatem etiam apud Protestantes in cer-  
tis capitulis exhibet Carpzov. *Jur. Eccl. P. 1. L.*  
*2. D. 152. Limn. De Jur. Publ. L. 8. c. 8. n. 57.*  
Lauterbach. *in Collegio Theoretico-Practico*  
*Proleg. §. 9. n. 12. & Stryk. in Prolegom ad Inst.*  
*c. 8. §. 14.* Illius verò dispositionem non in  
Germaniâ duntaxat, sed in totâ ferè Europâ  
quasi commune Gentium placitum D. Rhet. *in Medit. Acad. ad J. Proœm.*  
*pos. 19. Bœcl. ad Grot. d. B. & P. p. 23.* apud benè multas plurimum valere  
gentes eruditè demonstrant Carl. Molin. *ad Conf. Paris. Tit. de Fiefs. n. 110.*  
Duaren. *in Præf. ad ff. Art. de Duck. tr. de Usu & Auth. Jur. Civ. Rom. L. 1.*  
*c. 2. Jung. Lauterb. in Proleg. ff. §. 5.*

§. 2. Sicuti autem hujus non minus, quam illius integrum extat Vo-  
lumen, quod appellatur Corpus. in *L. Un. C. in pr. De R. U. A.* nomine nec  
Classicis Authoribus incognito. *Vid. Livius. L. 3. c. 34. & Utriusq; adhuc*  
hodie in Academiis Doctores publicè renunciantur. *Limn. de J. Pub. L. 8.*  
*Tit. 2. n. 32. Stephan. de Jurisd. L. 3. P. 1. c. 3. n. 20.* Ita illius non minus,  
quam hujus ignorantia Patricium & in foro causas orantem non sine  
turpitudinis notâ dimittit. *L. 2. §. 43. de O. J.*

§. 3. Dividitur Jus Civile in Justinianæum & Subseqven-  
tium Imperatorum. Illud iterum (i.) in Libros Elementarios,  
quorum nomine veniunt Institutiones, quæ exhibent cupida LL. Juven-  
tuti prima Legitimæ scientiæ elementa §. 4. *Proœm. J.* ac prima totius eru-  
ditionis

A

ditionis

ditionis argumenta atq; fundamenta §. 11. *Constit. Tanta. De Confirm. ff. ad Senat.* quibus enutritus Studiosi animus facilius ad altioris prudentiæ scientiam redigi potest §. *Constit. DEO Authore. De Concept. ff.* quæ etiam Libri *Isagogici* audiunt. §. 11. *Constit. Dedit nobis. De Confir. ff. ad Senat. M. Habn. ad Wesenb. de J. & J. ad verba. In Digestorum.* (2.) **Systematicos** quorum appellatione veniunt *Pandectæ & Codex Repetitæ Prælectionis*, eò, quod hic varias Principum Constitutiones; Illæ vero immensa veterum Jctorum responsa systematicè & certo ordine disposita in sinum suum receperint. *L. 2. §. 2. C. De V. J. E. & Const. De Nov. Cod. sac.* (3.) **Suppletorios. s. Correctorios**, quo nomine *IX. Novellarum s. Authenticarum Collationes* designantur, quæ ceu novissimæ Constitutiones jus ante promulgatum vel supplet, vel corrigunt, vel confirmant. *Vid. de hâc Divisione Lauterbach. supra d. Collegio Proleg. §. 3. subseqq.*

§. 4. Hos inter Styli elegantia ac juris excellentia facile præstant *Pandectæ s. Digesta*, quæ sunt liber systematicus jussu Imperatoris Justiniani, operâ Triboniani & Sociorum ex veterum Jctorum scriptis ad ordinem Edicti Perpetui compositus *Lauterb. d. l. §. 4. n. 3. synopsis exhibens omnis veteris Jurisprudentiæ §. 2. J. Proem. Conf. B. Redeker. in Notis ad Schnobeli Disp. 1. De J. & J. Rubr.* Has cum communi Interpretum schola partimur in *Prolegomena*, ipsum *Tractatum & Epilogum*. Ad quarum ne illotis accedere manibus videamur tractationem, ex quatuor Constitutionibus *Pandectarum* codici in Corpore Juris præmissis, puta, (1.) *De Conceptione ff. ad Tribonianum* (2.) *De Confirmatione ff. ad Senat. & omnes Populos.* (3.) *De Confirmatione ff. ad Senat. & (4.) De Ratione & metodo juris docendi ad Antecessores*, pauca præfabimur, quibus s. *Pandectarum* initiis probè præcognitis, inoffenso pede ad ipsum *Tractatum* perrecturi.

§. 5. **Nomina**, quibus hoc veteris Jurisprudentiæ Volumen designatur, deprehendere licet non una (1.) Enim venit *Pandectarum* appellatione, *Const. Tanta §. 1. & Const. Cordi Nobis §. 1.* deductâ à *Græcō & Δέξομαι*, quasi omnia capientia diceres *Stryk. in Præcogn. jur. Univers. c. 2. §. 7. Lauterbach. d. l. §. 4. n. 2.* eò, quod omnes disputationes ac decisiones complectatur legitimas, atq; sine suo jus undiquaque collectum soveat, *Const. Dedit nobis §. 1. L. 2. §. 1. & L. 3. §. 1. C. De V. J. E. §. 4. J. Proem.*

*Proem.* Excell. D. Lemken. *in Connex.* ff. *Proem.* Quam denominationem Compilatores juris Volumini huic imposuisse videntur ad imitationem *Domitii Ulpiani & Herenii Modestini*, quorum illum X. Pandectarum Libros, hunc vero XII. conscripsisse refert *Biccus in C. J. A. enucl. in Pref. n. 8.* & confirmant inscriptiones *L. 23. ff. de S. H. L. 11. ff. De his qui suã l. alien. L. 42. ff. De Adopt. L. 13. De in jus voc. L. 18. ff. De Procurat. utrumque vero vestigiis Tullii Tyronis, liberti Ciceronis, librum suum *De variis & promiscuis questionibus* titulo *Pandectarum* referente *A. Gellio in Noct. Att. L. 13. c. 9.* insignientis inhæsisse, non improbabiliter colligi potest. *Conf. Renneman. in Jprudent. suã Rom. Germ. Disp. 7. n. 6. lit. A. Frantzk. in Comm. ff. Proem. n. 3. Budæus in Annot. ff. L. 1. de J. & J. p. mihi 10. (2.)* Appellantur à Latino verbo *digerere* *Digesta* vel separatim §. 37. *J. de Act. L. 2. §. 20. & L. 23. C. De V. J. E. vel conjunctim. L. 3. §. 1. d. t. §. fin. J. de P. J. nomine aliis ante Justinianum Jctis e. g. Juliano, Celso, Marcello, Scævola &c. jam tum usitatissimo. Zæsius Proem. ff. n. 1. comprobantibus id inscriptionibus L. 4. & 5. ff. De LL. L. 10. 11. & 12. eod. L. 20. ff. De Adopt. L. 35. ff. De Religios. L. 19. De R. C. & L. 203. de V. S. jung. Bicc. d. l. n. 79. Zæsius in Proem. ff. n. 2. eò, quod veterum Jctorum responsa, quæ in 2000. librorum & tricies centena millia versuum i. e. paragraphorum *Stryk. in Præcogn. jur. univ. §. 7.* molem excreverant, *Const. De Rat. & Meth. jur. doc. §. 1. & Const. Tanta §. 1.* ad ordinem *Edicti Perpetui* in certum systema digesta exhibeat. *Stryk. d. l. c. 2. §. 7. Frantzk. Proem. ff. n. 3. (3.)* **Jus Enucleatum.** *Const. Deo Authore. §. 1. De Concept. ff. Item Codex juris enucleati. L. 1. §. 11. C. de V. J. E.* (nunquam verò Codex simpliciter vel sine addito; Hinc nata Jctorum Regula: *Quoties Leges Codicis sine addito allegantur, toties in Institutionibus Codicem Justinianum, apud Jctos & Interpretes verò Codicem Repetita Prælectionis s. Posteriolem intelligimus Stryk. d. l. c. 2. §. 7.*) quia quicquid utile aut fructuosum erat in veterum scriptis, non secus ac *nucleus è putamine deductum, excerptum, collectum & in Pandectas redactum est. Vid. D. Lemken in Connex. ff. Proem. p. 4. (4.)* **Sanctissimum Justitiæ Romanæ templum.** *Const. Tanta §. 20. & Const. Deo Authore §. 5.***

§. 6. *Materia ex qua est jus Vetus s. Veterum Jctorum Responsa, quod colligere est (1.) ex §. 1. Const. Dedit. nobis §. 4. Const. Deo Authore §. 20. Constit. Tanta & §. 2. J. Proem. (2.)* Ex inscriptionibus singularum Legum ff. ubi & nomina & Libros veterum Jctorum advertere licet,

licet, non hunc in finem appositos, quasi tenor Legis jam apud Jctos hosce, quorum nomina Legi præmissa sunt, idem extiterit, multas siquidem Leges jussu imperatoris Tribonianus interpolavit i. e. additò aliquò vel detractò ad usum sui temporis transformavit: *L. 3. §. Tanta 10. C. De V. J. E. & Const. Dedit nobis §. Tanta 10.* (ut hinc non sine injurià Tribonianus à Wissenbachio in Tract. quem insignit. *Emblemata Triboniani*, arguatur Tribonianismi; Vid. Stryk. in *Præcogn. jur. Univ. c. 2. 3. 38. Brunnem. Ex. Inst. 1. ad §. 3. Proæm.* quanquam melius de nostris meruisse potuisset Tribonianus ingeniis, si loca à se interpolata notasset. *Hottomannus 3. Obs. 9.*) sed, ut summa antiquitatis haberetur reverentia. *d. §. 10. Const. Dedit nobis & L. 3. §. 10. C. de V. J. E.* Unde sicuti probatu facile est, parum feliciter tantoperè licet à variis Jctis prædicatam ac commendatam semper procedere Leges conciliandi rationem, quæ in subsidium ab ætate, quæ Jcti Veteres vixerunt, vocatur; Vid. *Lauterbach. in Coll. ff. Præc. Proleg. §. 4. n. 5. in fin.* Cui rei probandæ collisio *L. 2. C. Commun. Leg. juncto §. 3. J. de Legat. cum L. 1. ff. De Leg. 1. sufficit.* Conf. *Stryk. d. l. §. 9.* ita differentia Codicis & Pandectarum abunde liquet ex materiarum diversitate, Codice non nisi *Imperatorum Constitutiones* continente, exceptâ *L. 7. §. ult. C. Ad L. Jul. Majest.* quarum illa exhibet Responsum Jcti Pauli, hæc *Marciani*, quod notam meretur.

§. 7. Ad imitationem *Edicti Perpetui ejusq. Ordinem* jussu Imperatoris Hadriani à Salvio Juliano ex variis Prætorum Romanorum Edictis collecti, *L. pen. C. De Condict. Indebit.* Förster. *Hist. jur. Civ. L. 2. c. 73.* tantæq; dignationis atqve autoritatis apud Jctos Veteres existentis, ut omnes fere ex illo tempore commentarios suos eidem accommodare hæud dubitaverint. *D. Lemken. in Connexion. Titulor. ff. §. 9. Proæm.* Tribonianum ceu Compilatorum hujus operis Antesignanum *Constit. DEO Authore §. 3.* una cum XV. Sociis suis intra triennium *§. 9. Constit. Tanta & L. 3. §. 9. C. V. J. E.* concinnasse Pandectas expresse docet Justinianus in *Constit. De Concept. ff. §. 5. & 10. & in L. 2. ff. De S. H.* Confer. *Anton. Augustin. L. 1. Emend. & Opin. c. 1. Kleinschmiedt. De Præcogn. Tract. 4. Sect. 11. n. 16.* Unde rectè notat *Frantz. in Proæm. ff. §. 20. & cum illo Hahn. ad Wesenb. de J. & J.* cum Edictum illud Perpetuum judicia potissimum respexerit, inde factum fuisse, Pandectas maximam partem circa judicia occupari. Conf. *Lauterb. d. l. §. 4. n. 4.* Non strictè usque adeò tamen Compilatores in concinnandis Pandectis observasse Edicti Perpetui methodum eruditè more suo demonstrat *Illustis Mauritius De Libr.*

*Libr. Jur. Comm. post. 8.* & Jctissimus Jacobus Gothfredi in *Manual. jur.* sed ex permisso Imperatoris pro lubitu magè commodam subinde elegisse disponendi regulam liqvescit ex *Constit. DEO Authore. §. 5. ibi: Prout hoc vobis. L. 2. ibi. Ubi res patitur. ff. De S. H. Confer. D. Lemken. d. l. Zœsius ad ff. Proœm. §. 3. & Bicc. in C. F. A. Præfat. n. 55.*

§. 8. Ipsos Pandectarum Libros, horumqve Titulos exactissimo omninò ordine ac serie coherere, qvanquam autemet Hahn ad *Wesfenbec. d. l. ad verba: Digestorum in fin. aliisque*, neque inutilem in demonstranda Titulorum continuatione luisse operam videantur prælaudatus Hahn. Frantzk. Wesfenbec. Jacobus Gothfredi & non itâ pridem Dn. Lemken in *connexione eleganti Digestorum editâ 1682.* Sunt tamen qui aptam connexionis rationem dari posse dubitant. Vid. Dn. Stryk. *d. l. c. 2. §. 12.* Donell. in *Comm. Jur. Civ. ad L. 2. ff. de S. H.* neque eandem sollicitè Compilatores observasse, Cujac. & Lauterbach. *d. l. §. 10.* parumqve usui esse asserunt Sichard. *ad Cod. Tit. De Pignor. novas disponendi regulas subministrantes.* Conf. Tabor. *Jurisp. Germ. præfat.* Quos inter mediâ tutissimè hos incedere viâ arbitramur, qui neq; superbè nimis Pandectarum ordinem fastidiunt, neqve ad superstitionem usqve defendunt, sed aliqualem, licet non accuratum semper, nec tamen ubiqve tumultuarium cum non minimo juventutis commodo potius admittunt, qvam novum, sæpè non minus gratum, qvam Studiosæ publi noxium excogitant. Vid. Zœs. in *Proœm. ff. n. 6.* Tholosan in *Parat. in 42. lib. ff. Proœm. c. 4.* Tabor. *d. l. Duaren. ad Inscript. ff. c. 2.*

§. 9. Legum Pandectarum perpetuum quidem non esse connexionem facile quilibet nobiscum fatebitur: Sed nec negabit sæpè tamen ratione materiæ sequentem præcedenti coherere, indeq; frequenter lucem in interpretationis negotio foenerari maximam; secus ac in Legibus Codicis, specialem magis casum determinantibus Harprecht. *Ad 3. Tit. De Attil. Tut. §. 7. n. 7.* Rhetius. in *Medit. Acad. Diss. 4. Pos. 27.* indeqve argumentum neq; ab inclusione unius ad exclusionem alterius vel contra. Vultej. *L. 1. Disc. Schol. c. 15.* neqve à contrario, Brunnem. *ad L. 2. Famil. ercisc. Everh. in loc. leg. L. 82. per integr. admittentibus:* In his enim disponendis Compilatores ordinem *etatis*, quâ Imperatores vixerunt, secutifunt. Vid. Brunnem. *Ad. Tit. De Nov. Cod. fac. §. 2. 63.* quò in Lege non observatò, illam suspectam habent Ddres. Exemplum est in *L. 2. C. De Feriis.* Vid. Brunnem. *ad d. L. 2. Lauterbach. d. l. §. 5. n. 3.*

§. 10. Pandectæ, Promulgatione quidem posteriores Ipsi sunt Institutionibus. §. 4. *J. Proëm. L. 3. §. fin. C. De V. J. E.* Hæ verò contra Pandectis Compositione sunt posteriores §. 3. & 4. *J. Proëm. Confer. Schwendend. ad Eckholt. Præf. Stryk. d. l. c. 2. §. 10. in fin.* Confirmatione tamen & Autoritate utraqvæ coævæ *Const. Tanta §. 23. De Confirm. ff. L. 2. §. pen. C. de V. J. E. Frantzk. in Præf. ff. in fin.* Unde tamen malè inferitur, quod Institutiones nullatenus Pandectis derogent, etiam quatenus ex novissimis Constitutionibus aliquid continent. Vid. *Stryk. c. 2. §. 11. d. l. & Hopp. Ex. Inst. Proëm. q. 21.* Sicuti non communiorem duntaxat, *Brunnem. ad Tit. D. Emendat. Cod. §. 3.* sed etiam tutiorem, ac veriorum illorum esse sententiam arbitramur, qui Leges Codicis omninò Digestis derogare asserunt. *per. §. 3. Const. De Emend. Cod. verb. Cum nemini venit in dubium & §. 4. verb. Non ex priorè compositione, sed ex repetitâ prælectione & §. 5. verb. Sed quod in præsens. Brunnem. d. l. Vid. omninò Lauterbach. d. Tr. §. 8. n. 4. Alber. Gent. de Libr. Jur. Civ. c. 1. p. 13. Mauritius De Libr. jur. comm. posit 14. Carpozov. P. 2. C. 7. D. 6. n. 2. aliique à Mauritio. d. l. alleg. Dd.*

§. 11. Dividuntur Pandectæ ab Imperatore Justiniano I. in 50. Libros *Const. Tanta §. 1. seqq. Const. Dedit nobis §. 1. Const. Deo. Aurebore §. 5. & §. 4. J. Proëm.* ex arbitraria methodicæ dispositionis libertate. *Stryk. c. 2. §. 16. n. 1. Hahn. d. l. p. 3. Vid. tamen Lindemann. Olim Antecessor hujus Academia Celeberrimus in Hist. jur. civ. n. 284. Gyphan. in Oeconom. ff. Proëm. & Const. cum illis prælaudatus Hahn. d. l.* Libri plerumq; distinguuntur Titulis, quos Jctus in *L. 2. §. 3. ff. De Interdict. Rubricas* appellat. Vid. *Cujac. in Parat. ff. De J. & J. Stryk. ad Rubr. J. de J. & J.* Hi Legibus, quarum æq; ac Titulorum numerus, propter editionum varietatem & quod nonnulli Tituli in unum coaluerint, est incertus. Confer. *Lauterb. d. tr. §. 6. n. 8.* Leges paragraphis, cujus hæc §. citra omnem rationem nota est significativa; Hi denique, si prolixiores fuerint, versiculis. *Bicc. ad C. J. A. Præf. §. 19. II. In. 7. Partes, respectu ad artem & numerorum naturam habito Const. Dedit nobis §. 1. in fin. & Const. Tanta §. 1. in fin. juncta L. 2. C. de V. J. E.* qui Septenarius numerus semper mysticus habitus. *Stryk. d. l. §. 14. A. Gell. in Noct. Attic. L. 2. c. 10. & in prima hujus Urbis fundatione religiosè à Majoribus observatus fuit, variis ad monumentis comprobantibus, de quibus videantur Rithmi, quos adduxit*  
Linde-

Lindeberg. in *Chronic. Rostoch. L. 5. c. 5.* Prima autem ff. pars continet 4. priores libros & dr. τὸ πρῶτον, quasi primordia judiciorum complectens. Vid. Bachov. ad τὸ πρῶτον. Secunda sistit 7. seqq. Libros usq; ad Libr. 12. exclusivè, & a Titulo initiali Lib. 5. appellatur *De judiciis*. Tertia complectitur Libros 8. usque ad Libr. 20. & itidem à Titulo initiali Libr. 12. *De Rebus* dicitur. Inde usque ad 28. exclusivè complectitur **Qvarta** pars & appellatur *Umbilicus S. 5. Const. Tanta*, eò, quod adinstar umbilici in corpore humano, medium inter 7. partes locum occupet. **Qvinta** De *Testamentis* dicitur, exhibens 9. Libros usq; ad Lib. 37. exclusivè. **Sexta** quæ se usque ad Libr. 43. exclusivè, & **Septima** pars, quæ inde usque ad finem se extendit, ob varietatem materiarum nomine vacant. Libr. 47. tamen & 48. quod omnem contineant severitatem pœnarum, *Terribiles* audiunt. vid. *Const. De Confirm. ff. ad Senat. M. S. 8.* Et hanc Pandectarum Imperatoriam Divisionem plerique Ddorum sequuntur: Nonnulli tamen **Neotericorum** alias excogiarunt partitiones, de quibus consulatur Lautercach. *d. tr. S. 4. n. 7.* Schwendendorff ad *Eckbolt. Pref. & Hahn. d. l.* secuti forsàn exemplum **Veterum Glossatorum**, qui tempore Azonis & Bulgari circa A. C. 1210. aliam Digestorum in **Vetus fc.** à Libro 1. usq; ad Tit. 3. L. 24. **Infortiatum**, inde usq; ad Tit. 1. Lib. 39. qui est De **Novi operis nunciatione**, & **Novum**, inde usq; ad finem, superinduxere divisionem, in Corpore Juris Glossato & in commentariis Bartoli, Baldi, Jasonis aliorumque adhuc conspicuam, à Modernis verò Jctis quæ barbaram Bicc. *d. l. S. 61.* Stryk. *c. 2. S. 15.* recte rejectam: Cujus partitionis inter varias Interpretum opiniones, de quibus videatur Stryk. *d. l. Zælius. Proœm. ff. n. 7.* hæc probabilior nobis videtur ratio, quæ à posteriori desumitur, quasi Ultima pars dicatur: *Digestum Novum*, quia incipit à Titulo *De Novi operis nunciatione*, Interpretibus scèpè integram juris partem à verbo initiali denominare solitis; Prima verò pars *Digestum Vetus* audiat, in relatione ad Novum. Media tandem pars, quod media inter duas *infarta* vel *inserta* sit, à verbo antiquo Latino *infartire*, quod idem est, ac inferere.

§. 12. Editiones Pandectarum utut varias recensent *Dn. Mauritius De libr. Jur. comm. posit. 7.* famosiores tamen tres sunt sequentes: **I. Vulgata** s. **Vulgaris**, quæ in scholis hodie utimur, ex Florentinis ff. desumpta. Anton. Augustin. *L. 2. c. 2.* Stryk. *d. l. c. 2. S. 16.* **II.** Nori-

Norica s. Holoandrina, quam procuravit Holoander Ao. C. 1531. Hahn. *ad Wesenb. d. l.* & III. Florentina, quæ etiam Pisana vel Malfitana dicitur, cuius rationem exhibet Hahn. *d. l.* Jacob. Gôthofred. *in Manual. jur. p. 66.* & Lauterb. *§. 4. n. 16.* quæ eleganti Taurelli prodiit industriâ A. C. 1553. & adhuc Florentiæ asservatur, duobus distincta tomis, in holoserico rubro ligata & clausulis ornata argenteis. Hæc quidem secundum communem Justiniani archetypum non est, nec à Tribonianò conscripta, Maurit. *d. l. posit. 9.* Besold. *Delib. jur. c. 5. p. 31.* reliquis tamen, quæ hodiernum supersunt, Digestorum exemplis & antiquitate & integritate præstantior. Lauterbach. *d. l. §. 4. n. 17.* Maurit. *d. l.* vel ut, si in Lectione dubium occurrat, ad hæc recurri solet, Stryk. *d. l. §. 16.* Hahn. *d. l.* & nisi ex Lectione Florentinâ absurdi aliquid (cujus exemplum est in *L. 52. §. 1. ff. Ad L. Aquil.* ubi pro: *Dolor*, legendum: *Dolon*, rectè notante Gothofredo *ad d. L. & Mauritio d. l. posit. 9.*) ex incûria Typographi prodeat, vel aliis eadem expressis juris textibus refragetur, (Cujus exemplum est in *L. 34. §. 4. ff. De jur. jur.* collata cum *L. 16. ff. eod. & L. 7. ff. De jur. jur.* ubi pro particula NEQUE, quæ in Florentina deprehenditur, rectius legitur ÆQVE. Brunn. *ad Parat. W. Tit. De jur. jur. q. 63. & ad L. 16. ff. De jur. jur.* Carpz. *P. 1. C. 12. D. 24.* Donell. *L. 24. c. 21. Lit. D.*) Florentina omnibus præferri mereatur. Anton. August. *L. 1. c. 1. De Emend. Taurell. in Epist. Edit. Florent. præfixis.*

§. 13. Interpunctiones, dictionumq; intervalla, quas laudabilis Ddrum adinvenit solertia, Lauterbach *d. l. §. 4. n. 15.* in Florentinis fctis vel nullas, Angel. Politan. *Miscill. c. 41.* Stryk. *d. l. §. 16.* Ricc. *Rapsodic. Tr. de Libr. jur. Rom. quantitate & qualitat. n. 14.* & Hagemeyer. *De Auth. jur. civ. c. 4.* vel certè raras Maurit. *d. l. pos. 12.* inibiq; all. Anton. August. conspici, commune Ddrum est assertum; Unde fallaciæ compositionis (Vid. *L. 5. ff. §. 3. De extmord. cognit.* ubi pro *VELUTI* legendum. *VEL-UTI* Bachov. *§. 3. f. De Capite min.* & Lauterb. *d. l. §. 4. n. 15.*) & Divisionis (vid. *L. 2. §. 3. ff. de O. f.* Ubi pro: *Exactis deinde Regibus, Legge Tribunitiâ omnes Leges hæ exoleverunt*, legendum esse: *Exactis deinde Regibus Lege Tibunitiâ, omnes &c.* Verbum *exolescere* satis innuit. B. Martini *in disert. De jur. Civ. Rom. Antejust. c. 2. Assert. 13.*) in Vulgatâ aliisq; Editionibus frequenter obviæ, expunctione & transpositione commatam resolvi & talismodi textus ad meliorem deduci sensum licitè possunt. Stryk. *d. l. §. 16.* Lauterb. *§. 4. n. 15.* citra violentæ correctionis vitium, à quo ceteroquin

teroquin ut re sicuti facili, ita levi, lectos sibi temperare oportet. Hahn. *ad Wes. Tit. De J. & J. verb. Digestorum.*

§. 14. Rejctis Veterum Commentariis, novos ad jus Justinianeum iterum concinnari severe interdixit D. Justinianus. *L. 1. §. 12. L. 2. §. 21. L. 3. §. 2. C. de V. 1. E. Paratitlis interim admissis : d. L. 1. §. 12. Vid. C. J. A. L. 1. ff. Tit. 2. n. ult.* (Ubi Commentariorum & Paratitlorum exhibet differentiam) Neque voluit laudatissimus Princeps juris Libros vel Titulos per *Notas s. Signa vel Sigla* allegari, sed per totam Litterarum consequentiam. *Const. DEO Authore. §. 17. Const. Dedit. nobis §. 22. Const. Tanta §. 22. Const. Omnem. §. 8.* Verum enimvero Commentariorum, qui hodiernum in omnes juris partes sine numero extant, molen, longè Paratitlorum superare numerum, imò intricare juris studium, meritò conqueritur Georg. Martin. *in Concil. omn. Antinom. Epist. Dedic.* Siglisque designandi libros juris hunc ad usque diem mansisse consuetudinem, docet Cujac. *L. XII. O. ult. Bicc. d. l. n. 63.*

§. 15. Modus allegandi Leges Veteribus usitatus v. g. *ff. De Fund. dotal. L. Dotale. §. Heredi.* sicuti certum reddit evolvendi studium, ita in prolixioribus Titulis admodum tædiosus est; Facilior ac promptior allegandi ratio à Neotericis hodiè assumpta est, quâ verbis legis initialibus numerus statim subjicitur v. g. *L. Dotale. 3. §. Heredi. 3. ff. De fund. dot.* Interim numerus *Libri & Titul.* hodiernum adhuc, quamque citra omnem rationem, exceptis Lib. X. XI. & XII. Codicis, omittitur, additurque aliquando Legi: *arg. v. g. arg. L. 51. ff. de Eviçt. q. c. ex ratione allegatæ Legis, & non ex verbis Legis expressis,* casus decisionem petendam esse constat. Ceterum *Signum*, quò Pandectæ denotantur, est vel Græca Litera  $\omega$ .  $\pi$ . addito circumflexo, vel Latina Lit. D. quarum utraqve, ceù Litera initialis vocis, ipsam benè vocem signat, vel duplex f. f. (quamquam leges sæpius & sine omni signo allegentur, q. c. sicuti §. sine nota præviâ Legis: L. denotat §. Institutionum; ita nota: L. sine signo Pandectarum vel Codicis, qui per Literam C. exprimitur, Legem Pandectarum denotat. v. g. *L. 30. de R. J.*) v. g. *L. Arrianus 47.  $\omega$ .  $\pi$ . D. vel. ff. de V. O.* De quâ ultimâ notâ inter varias Ddrum opiniones, quas videfis ap. Eckh. in Præf. Lauterb. *d. l. §. 4. n. 18.* & Hahn. *cit. loc.* rectè sensisse videtur Renneman. in *Jurisp. Rom. Germ. Disp. 7. n. 6. Lit. A.* illam Notariis, sine certâ ratione notas sibi fingentibus, adscribens. Conf. Hahn. & Lauterb. *d. l.*

§. 16. Coronidis Loco notamus: Illa quæ in fine *Tit. De Bon-*

B

*damn.*

*damn. Tit. De interd. & releg. in L. 15. ff. Ad L. Corn. De Sic. diversis exprimuntur Typis, forsan à Cujacio ex libris Basilicis desumpta, decisivâ auctoritate in foro carere. Albr. Gent. c. 4. p. 37. Gothofred. ad hæc loca & Lauterbach. d. l. n. 15. nec non in Concl. For. Exer. 1. th. 4.*

AD LIBRI. I. Tit. I.  
De  
JUSTITIA ET JURE.

§. 1.

INST. Lib. 1.  
T. 1. & 2. COD.  
Lib. 1. T. 1.  
EXTRA. L. 1.  
T. 1. Dist. 1.

**O**Rditur Imperator Pandectarum æqvè ac Institutionum **T**RACTATUM methodo Analyticâ, Practicis Disciplinis propriâ, à fine jurisprudentiæ, nempe justitiâ, quâ omne jus conservatur. Cic. L. De Orator. Brunnem. ad L. 1. §. 1. ff. b. t. Est enim, si quæ alia, nostra certè Jurisprudentia practica disciplina, Cyprian. Regner. Censur. Belgic. ad Rubr. ff. b. t. non obstante, quod actus aliquos admittat non formaliter practicos, Schwendendorff. ad Eckholt. n. 1. b. t. & multi jura addiscant solius contemplationis causâ, cum & illi actus virtualiter ad aliquam referantur operationem, neque finis addiscentis, cum fine discipline temerè sit confundendus. Stryk. in Annot. ad J. §. 1. De J. & J.

§. 2. Juris vocabulum varias admittens significationes, quas discernere est ex L. ult. & pen. ff. b. t. Confer. C. J. A. b. t. §. 5. junct. Eckholt. §. 16. inibiq; Schwend. eod. in Rubro hujus Tituli denotat Jurisprudentiam, seu æqvi boniqve artem. L. 1. pr. ff. b. t. Struv. Jprud. Rom. Germ. b. t. aph. 1. Schwend. ad Eckholt. b. t. §. 2. verb. jurisprudentia. & Cœl. b. §. 3. jung. Brunnem. ad L. 1. ff. b. t. n. 4. quæ est habitus practicus, Leges commodè interpretandi atqve facto justè applicandi. Dn. Rhetius. in Medic. Acad. b. t. posit. pen. cum quâ definitione non pugnat. §. 1. J. b. t. & L. 10. §. 3. ff. eod.

§. 3. Est autem sicuti cuique disciplinæ, ita & nostræ Jprudentiæ Finis alius **internus**, per quem agimus, nempe Legum justa interpretatio & æqua ad factum applicatio. L. 2. §. 5. b. 13. ff. de O. 7. L. 10. seqq. ff. de LL. Dn. Rhetius d. tr. ad b. t. posit. 2. Lauterb. ad b. t. §. 6. & Schwend. ad Eckb. §. 3. non quidem **Authentica**, quæ est penes Legislatorem. L. 1. §. 12. in fin. C. De LL. Lauterb. d. l. n. 7. Schwend. d. l. & Frantzk. ad Tit. ff. de LL. cujus exemplum est in pr. J. De Leg. Tut. verb. Ideo autem diximus plerumq; nec **Usualis**, quæ ab observantiâ, sanâ tamen, certâ & neq; errore,

errore, neque ignorantia judicis introducta c. 4. 8. & 9. dist. 8. (alias hundert Jahr unrecht / ist keine Stunde recht. Oldendorp. obs. Pract. T. 1. Obs. 4. n. 19. Rhet. in Med. Acad. b. 1. pos. 9.) dependet L. 37. ff. de LL. c. 8. x. de Conserud. sed Doctrinalis, quæ, consistit in congrua voluntatis Legislatoris expositione. Lauterb. Frantzk. Eckholt. d. l. & § 7. ff. De. O. J. illam vel (1.) extendendo ob rationis identitatem L. 32. ff. Ad L. Aquil. Pr. 3. de Legit. Parr. Tut. vel paritatem. pr. 7. de Leg. Par. Tut. ad casus, (quos omnes ob negotiorum multitudinem, natura semper deproperante novas edere formas, L. 2. §. 18. C. de V. J. E. & Constit. Tanta. §. 18. De Confirm. ff. ad Senat. M. Lege complecti impossibile est,) L. 12. & 13. ff. De LL. non expressos. Vid. L. 32. ff. Ad L. Aquil. L. 12. seqq. de LL. quod in Jure communi & favorabili omnino procedit c. Odia. De R. J. in. 6. Schwend. ad Eckholt. d. l. vel (2.) restringendo ad casum in Lege expressum. L. 23. §. 3. ff. De Fideic. liberr. L. 42. ff. De Pen. quod locum regulariter habet in Odiosis c. Odia. x. De R. J. in 6. Exorbitantibus seu jure singulari L. 14. ff. De LL. & correctoriis. Nov. us. & L. 8. C. De. Rev. Donat. Zoel. ad ff. Tit. De LL. n. 65. vel eam (3.) declarando, i. e. proprium Legis intellectum exprimendo. Vid. omnino Frantzk. d. l. Alius Externus, quem indagamus, Dn. Rhet. d. l. & Tabor. Jurisp. Elem. S. t. Th. 7. qui vel Remotus est, np. Salus populi, Cic. L. 1. De offic. & Lib. 3. De LL. vel Proximus s. Intermedius, qui est justitiae administratio, de quo jam pluribus.

§. 4. Justitia in genere est constans (illa sc. constantia, cujus conditio hominum capax est, quæ, in genere ad omnes requiritur virtutes Stryk. pr. J. b. t.) & perpetua (quoad intentionem, licet non semper quoad executionem Eckh. b. t. §. 5.) voluntas (Invitus enim justa faciens, justum nomen non meretur. Vacanius & Vacana L. 1. Doct. 10. Denotat a. voluntas habitum volendi i. e. constans propositum non aliter, nisi justè agendi. Arist. 5. ad Nicom. c. 1. cum injustus citra intentionem justa agens, justus inde non evadat, nec justus citra intentionem injusta agens justus esse desinat. Hopp. b. t. q. 3. Stryk. d. l. De adverbis n. saltem. non de adjectivis hic solliciti sumus Id. d. l.) jus suum cuiq; (exulante omni personarum & amicitie respectu, cum casus pro amico, sit casus pro Diabolo. Stryck. d. l. ad verba: Tribuendi & Harpr. ibid. n. 50. Berlich. P. 1. Concl. 22. n. 30. Actis b. c. vel transmittendis, vel re ipsa dividenda etiam per sortem, vel partibus

*ad transactionem inducendis.* Hopp. *d. l. qu. 4.* & Stryck. *all. loc.*  
**Tribuendi** (Ita tamen, ut in concursu semper justiore[m] praeferat petitionem illi, quae minus talis est, & sic, quae militat de damno evitando illi, quae militat de lucro captando. *vid. L. 31. in fin. ff. Depositi.*

§. 5. **Dividitur** à communi Docentium Scholâ *Vid. tamen D. Schomerus, in Theolog. Moral. Disp. 5. th. 25. in Universalem, & Particularem.* Illam missis aliorum definitionibus cum *Magnif. D. Strykio & Hoppio ad pr. f. h. t.* describimus, quod sit virtus, exactam exigens actionum humanarum, cum voluntate DEI morali conformitatem. Id enim universaliter credimus justum, non quod hujus vel illius Reipublicae utilitatem respicit, aut ejus Legibus conforme est, nisi & hæc Leges exactissime conspiciantur cum voluntate Dei morali, sed quod ex voluntate Dei justum est: **Particularis** est, quae exigit conformitatem actionum humanarum cum Legibus, Salutem & Utilitatem Reip. respicientibus; Hæc non differt ab universali, nisi quia thesis & hypothesis, applicans præcepta justitiæ universalis ad suam Remp. in quantum hoc Salus publica, quam ultimato respicit, admittit.

§. 6. Hinc facile patet, Jurisprudentiam nostram hanc, & non illam tanquam Finem respicere. *Zoel. ad ff. b. t. n. 16. Arumæus Ex. 1. th. 5. Donell. 2. Comm. c. 1. Schnobel. Disp. ff. 1. b. t. §. 12. Strauch. Diff. 1. aph. 3.* Hopp. & Stryk. *d. l.* ubi id pluribus probat rationibus & primario quidem ex fine Legislatoris & corruptâ humani generis indole.

§. 7. **Particularis** subdividitur communiter in **Commutativam**, quam Grotius *Explettricem* appellare mavult, attendentem respectum rei erga rem, obtinentemque quoties res privatorum privatis sunt applicandæ & **Distributivam** Grotio *Attributricem* dictam, attendentem respectum rei erga personam, & obtinentem, quoties illa, quæ Reip. sunt, privatis sunt applicanda. v. g. Munera & Honores. *Stryk. pr. f. h. t. p. u. Brunnem. ad L. 1. §. 3. ff. eod. Hopp. f. h. t. qu. 10. Lauterb. h. t. §. 15. seq.*

§. 8. Circa **Pœnarum** inflectionem distinguendum remur, Inter **Civilem Pœnam** ad interesse privati tendentem & hoc casu **Commutativam** obtinere Justitiam statuimus §. 4. *f. De obl. quæ ex delict. inibi: Ex persona servi* cum Strykio, Brunnem. & Hoppio *d. ll.* & **Criminalem** eamque vel **jure Divinô** statutam, itidem hinc obtinente justitiâ **Commutativâ**. v. g. in homicidio, vel **jure Humanô** v. g. in pœnâ suspendii furibus definitâ, q. c. obser-

observabitur justitia *Distributiva*, L. 14. ff. *De Pœn. S. 9. ff. de Publ. Judic.* ad minimum in *actu æstimationis*. Lauterb. & *supra all. Dd. d. l. jung.* Zeidler. in *Introduct. ad Arist. n. 38.*

§. 9. Jus in genere consideratum, est regula actionum moralium obligans ad id, quod rectum est Grot. *de J. B. & P. L. 1. n. 6.* Estq; vel **Divinum** vel **Humanum**. Illud dicitur quod Deum Authorem habet, iterumqve est vel **Connatum**, cordibus hominum inscriptum, quod propriè appellatur *Jus Naturale* Lauterb. *b. t. §. 22.* (*Abusivè enim & impropriè loquitur Ulpianus in L. 1. ff. §. 3. De J. & J.* eumq; secuti Compilatores §. 1. *J. De J. N. G. & C.* quando *Inclinationem Naturalem cum Jure Naturali* confundentes, Brunnem. *ad L. 1. §. 3. ff. h. t. brutis*, ob defectum rationis juris haud capacibus jus naturale tribuunt. Frantzk. *ad Tit. J. de J. N. G. & C.* inibiq; Stryk. Confer. Zœf. *Ad ff. De J. & J. n. 25.* & Eckholt *b. t. §. 21.*) & à Grotio. *De J. B. & P. Lib. 1. c. 1. §. 10.* describitur, quod sit dictamen rectæ rationis, indicans actui ex ejus convenientiâ vel disconvenientiâ cum ipsâ naturâ rationali, inesse moralem turpitudinem, aut necessitatem, proindeqve ab Authore naturæ Deo talem actum vel vetari vel præcipi. Confer. Mev. in *Prodrom. Jur. Gent.* Præter quod nullum aliud jus Naturale agnoscimus. Vel **Revelatum** à Deo per specialem revelationem in verbo suo publicatum; & subdividitur (1.) In **Morale**, quod est jus præcipiens quæ suâ naturâ honesta sunt, prohibens verò, quæ turpia sunt; Et hęc omnes in universum homines obligantur. Zepper *De L. Mosaic. Lib. 1. cap. 1.* & à jure naturali, *solo promulgandi modo*, nequaquam vero *essentialiter*, differt. Lauterb. *b. t. §. 28. inibiqve all Ddres.* (2.) **Ceremoniale**, de ceremoniis circa cultum Divinum populo judaico strictè observandis disponens. Reink. *de R. S. & E. Lib. 1. Class. 2. n. 10.* Germ. *Juden Kirchen-Ordnung.* Et hoc cum Christo mortuum rectè dicitur. Lauterb. *d. l.* & Dn. Rhet. *Med. Acad. Tit. De J. N. G. & C. pos.* (3.) **Forensè**, negotia civilia ac ordinem judicii Reip. Judaicæ concernens. Germ. *Judische-Landrecht* / quò hodie amplius non obligamur. Reink. *d. Tr. L. 2. Class. 3. n. 1.* **Humanum** est, quod hominem habet authorem.

§. 10. Hoc subdividitur in **Jus Gentium** propriè ita dictum *das allgemeine Völker-Recht* (Communi illâ citra omnem necessitatem à Ddbus confictâ Schwendend. *ad Eckholt. b. t. §. 24.* distinctione inter **Jus Gentium Primævum**, quod Brunnem. *ad L. 3. ff. h. t. connatum* ap-

pellat, quodque nullatenus à jure naturali propriè ita dicto differt: Francisc. *Donan. 1. Comm. c. 5.* Coraf. *Miscell. 6. circa fin.* Eckholt. *b. t. n. 24.* & **Secundævum**, quod Brunnemanno *in Ex. Just. De J. N. G. & C.* excogitatum audit, meritò rejectàcum Hahnio *b. t. p. 33.* Zigler. *ad Grot. L. 1. c. 1. n. 10.* & Busio *ad L. 1. §. 3. ff. b. t.* quod Gentes moratiores sanæ rationis duce, usu & necessitate communi exigente, tacito inter se consensu constituerunt. §. 2. *J. de J. N. G. & C. Franzk. ad ff. b. t. n. 133.* Textor. *De Jur. Gent. c. 1. n. 8.* Hobbes. *De Cive. c. 14. n. 4.* quorsum referuntur omnes penè contractus, bella, servitutes, manumissiones, foedera &c. *L. 4. §. 5. ff. b. t. can. 9. Dist. 1.* & **Civile** quod Legislator in proprium Reip. commodum constituit. *L. 9. ff. b. t. ibique Brunnem. jung. §. 1. J. De J. N. G. & C. §. L. 51. §. 2. ibi: pro utilitate. ff. Ad. L. Aquil.*

§. 11. **Civile jus iterum dividitur in Commune**, quod per excellentiam denotat Jus Romanum. **das Gemeine Kaysersliche Recht.** §. 2. *J. De J. N. G. & C.* omnesq; in Imperio obligat cives; & **Particulare**, quod quilibet Imperii Status vel Civitas sibi constituit. *Germ. Land und Stadt-Recht.* quod ultra fines territorii non extenditur neq; forensem, qui foris venit Tib. Decian. *Dec. 65. n. 6. Vol. 4.* inibiq; cives non est, obligat. Roland. à Valle. *Cons. 259. Lib. 4. n. 21. seqq.* Pacian. *Cons. 5. n. 8.* Gravetta. *Cons. 195. n. 1. per. L. fin. ff. De jurid.* Nisi (1.) Litis Ordinationem & judiciorum Processum concernat Köppen. *Dec. 31. n. 37.* Coler. *D. Proc. Exec. c. 3. n. Mev. ad J. L. qu. pral. 4. n. 7.* (2.) Sit poenale. *arg. pr. J. de Obl. quæ ex delict.* Mev. *d. l. n. 1.* Carpzov. *pr. Crim. Quæst. 54. n. 50.* modò non concernat delictum jure communi non notatum: Hoc enim casu, non diu inibi versatus exceptione ignorati juris localis non immeritò à poenâ liberatur Jason. *in L. Cunctas. n. 30. & seq. C. De S. S. Eccl. Mascard. De Statutor. interpr. Concl. 6. n. 56.* (3.) Sit in rem conceptum. *arg. L. 1. C. Ubi in rem act.* Dec. *Vol. 1. Consil. 55. n. 5.* Bursat. *Cons. 198. n. 24. Vol. 2. Paris. Cons. 184. n. 42. Vol. 1.* (4.) Disponat de Solennitate & Validitate alicujus actus *L. Si fundus. 6. ff. De Evict.* vel inter vivos vel ultimæ voluntatis. Pruckman. *Cons. 1. n. 26.* Gabriel. *Comm. Opin. Lib. 6. Tit. De Acquir. Poss. Concl. 2. n. 4.* Carpzov. *P. 3. C. 6. D. 12.* Mev. *d. l. 1.* (5.) Concernat Festa & indicta jejunia. Zoef. *ad ff. Tit. De LL. n. 20. in fin. Navarrus in Summa. c. 13. n. 5. & c. 23. n. 120.*

§. 12. Non potest autem Hodiè solus Imperator **Commune & Universale jus**, sed demum requisitò Electorum Statuumqve Imperii consensu

consensu condere *R. J. de Anno 1212. §. und ist dero halben Carpz. L. Regiã c. 3. §. 1. n. 5. Reink. De R. S. & E. L. 2. Class. 2. c. 5. n. 30. & Limnæus De J. P. L. 9. c. 1. n. 174. Particulare vero jus omnes Imperii Status vi Superioritatis Territorialis Kraft hoher Landes- Fürstl. vel Landes Ober- und Herligkeit. W. D. de Anno 1577. Tit von Juden 20. §. fin. O. C. P. 1. T. 13. pr & P. 2. T. 1. rectè condunt Knipsch. De jur. & Priv. civ. Imp. L. 2. c. 10. n. 18. Knichen. De jur. Territ. c. 1. n. 179. Coler. Proces. Execut. L. 1. c. 3. n. 6. etiam sine Imperatoris consensu. Myller. ab Ehrenbach De Princip. & Stat. Imp. c. 39. n. 11. Lauterb. Tit. De LL. §. 5. modò hi in Conventibus Provincialibus consensum Ordinum Provincialium der Ritter- und Landschaft adhibeant. Limn. De J. P. L. 4. c. 8. n. 252. Coler. d. l. n. 6. & Eckholt. Ad Tit. ff. De LL. n. 8. De reliquis civitatibus vid. §. 4. infr. Ad Tit. De LL.*

§. 13. Subdividitur porro *Utrumq;* jus in Publicum, sumpta hæc vocè in sensu proprio ac speciali pro eo, quod & sine intentionis & executionis Reip. utilitatem respicit, Eckholt. b. t. §. 18. Maurit. De Princip. Jur. Publ. Germ. c. 2. §. 1. & 2, (alias enim significationes, de quibus videantur Lauterbach. b. t. §. 36. Eckholt. d. l. Frantzk. b. t. n. 9. 1. missas facimus,) ad rationem administrandi & conservandi Remp. spectans. Stryk. ad J. §. 4. b. t. per L. 1. §. 2. ff. b. t. & Privatum, quod ad privatorum & singulorum civium utilitatem primariò & sine executionis respicit, licet sine intentionis ad commune bonum, quod ex privatorum rebus bene se habentibus demum confurgit, etiam respiciat. Covarruv. in c. quamvis, De pactis in 6. §. 1. n. 16. Frantz. b. t. n. 92. & Stryk. d. l. in fin.

§. 14. Publicum jus, (cujus sunt, quæ pertinent ad religionis cultusque Divini curam, ad pacis bellive ordinationem, ad fines & magnitudinem Imperii, ad jus Legum ferendarum, privilegiorum concedendorum, tributorum imperandorum, monetarum cudendarum, ad exercenda judicia, dilecta coercenda, Magistratusve creandos, per quos hæc expediantur: Stryk. d. l. §. fin.) aliud est *Antiquum*, quod ad Statum Reip. Romanæ, qualis erat Justiniani tempore, pertinet & addisci debebat ex *Lib. 1. ff. Lib. 48. ff. Lib. 1. n. 10. & 12. Cod.* Aliud *Modernum*, quod ad Statum Reip. Romano-Germanicæ, qualis nunc est, pertinet, & mutatâ pristinâ Reip. Romanæ facie, eamque administrandi ratione, non ex modò adductis juris Justiniani libris, sed ex Legibus Imperii fundamentalibus, sc. **Aureâ Bullâ, Capitulationibus Imperatorum, Reccessibus Imperii**

Imperii, Constitutionibus Pacis Profanæ ac Religiosæ, Instrumento Pacis Osnabrugo-Monasteriensis, Constitutionibus Criminalibus Caroli V. Jure feudali, Actis Publicis ac Historiâ Germaniæ addiscitur Schweder. in *Introd ad Jus Publ. c. 1. §. 14.* Rhet. in *Comm. Jur. feud. Prooem. n. 79.* & in *Inst. Jur. Publ. c. 1. Stryk. ad f. b. t. §. 4.* Warem. ab Erenbach. *De Fæder L. 1. c. 1. n. 126.* & Schnobel *ad h. t. §. 5.*

§. 15. Tandem Jus Civile dividitur in Scriptum (sumptâ scripturâ pro *sanctione*) Stryk. §. 3. *f. De f. N. G. & C. quod expressâ legislatoris voluntate sancitum est, & Non scriptum, quod tacita Legislatoris voluntate introductum est. L. 32. §. 1. ff. De LL. §. 3. f. De f. N. G. & C. De utroq; jure ad Tit. 2. 3. & 4. pluribus.*

## LIBRI. I. Tit. II.

DE ORIGINE JURIS & OMNIUM  
MAGISTRATUUM & SUCCESSIONE  
PRUDENTUM.

## §. 1.

INST. L. 1.  
T. 2. §. 4.  
seqq. C. L. 1.  
Tit. 17. &  
CONST.  
Facturus.  
De O. I.

**T** Ripartitum esse hunc Titulum ex ipso abundè Rubro liqvescit, quod (1.) Circa Originem juris à *pr. usq; ad §. 23.* (2.) Magistratus Romanos à *§. 23. usq; ad §. 35.* (3.) Successionem Prudentum à *§. 35. usq; ad finem Tit.* occupatur. Cujus Pars Prima cum Infantiam ac Adolescentiam Juris Romani, i. e. ejus Originem ac Incrementum exhibeat, monstretq; initia, unde natum est, quo hodiè utimur, Corpus Juris Civilis, & magni nominis Jcti hanc materiam jam tum multâ dote elocarint, puta, Magn. Stryk. in *Prolegom. ad Inst.* Foster. *De Hist. f. Civ.* Art de Duck. *De Usu & Auth. jur. Civ.* Martini in *Dissert. De Jur. Civ. Rom. Antejust.* Struv. S. J. C. h. t. inibi qve Hahn. Frantzk. Bachov. & Lauterb. *junctis* Jacob. Gothofredi in *Manual. jur. & D. Thomâ Lindemann in Tr. De Histor. jur.* nobis ad illorum diligentem evolutionem ac Lectionem cupidam LL. Juventutem remittentibus summa saltem ejus capita pro diverso Reip. Romanæ statu levi tetigisse brachio suffecerit.

§. 2. Primus Reip. Rom. Status, sicuti procul dubio REGIUS fuit. *L. 2. §. 1. ff. b. t.* Septem Regibus se invicem ordine excipientibus, à primis Urbis

Urbis initium usq; ad Annum 244. U. C. Stryk. *d. l. c. 1. §. 3.* Struv. *S. J. C. b. t. rh. cit.* Lauterb. eod. Ita ab initio omnia à Regibus Regiâ manu, i.e. Regis arbitrio Lauterbach. *b. t. n. 1.* nullo adhuc certo Jure constituto, gubernabantur. Justinus. *Hist. 1. & Cajus L. 1. §. 2. ff. b. t.* Successu verò temporis ipse Romulus ceteriq; Reges tulere Leges, inde Regias *L. 2. §. 2. ff. b. t.* item *Curias* (quod Curiarum, in quas Romulus populum diviserat, *d. §. 2.* suffragio promulgarentur, Jacob. Gothofr. *d. Tr. c. 1. & in Bibliothec. jur. civ. t. 1.* Struv. *d. l. rh. 63.*) & à Collectore Jcto Papirio *jus Civile Papirianum* *d. §. 2.* dictas, quarum aliqua saltem fragmenta hodiernum exstant, quæ collegit Rosin. *in Antiquit. Rom. L. 8. c. 5.* & unicum in integro Corpore juris vestigium est in Lege Notabili *2. ff. De Mortuo. infer.* Stryck. *in Prol. Inst. d. c. 1. §. 2.* Lauterb. *§. 1. in Coll. ff. Theor. Pract. b. t.*

§. 3. Exactis deinde Regibus Lege Tribunitiâ Junii Bruti Tribuni Celerum, Hahn. *ad W. b. t. n. 2.* Lauterb. *§. 3. b. t.* circa Annum U. C. 244. Stryk. *d. l. §. 3.* mutatoq; Regio Statu post Regifugium maximè in POPULAREM aut certè ex ARISTOCRATIA MIXTUM, Regiæ Leges pedetentim exoleverunt, *L. 2. §. 3. ff. b. t. Vid. Frantzk. b. t. & Martini in Diss. de Jur. Civ. Rom. Anti. Jus. c. 2. pos. creatis Consulibus magnâ quidem, sed non omnimodâ potestate instructis, populoq; sibi Juris Majestatici summa capita reservante; Dion. Halicarnas. Lib. 6. Euben. in Not. ad Peretz. Tit. De Sctis n. 1.* Ex quo tempore magis consuetudine, quam certâ lege Romani utebantur, paucioribus saltem à Consulibus ex populi assensu latis: Livius *Hist. L. 2.* Forster *Hist. Jur. Civ. L. 1. c. 15. n. 3.* Stryk. *d. l. c. §. 3.* Quò instabili jure cum post Regifugium 60. propè annos, (malè Pomponius *L. 2. §. 3. ff. b. t.* viginti Vid. Lauterb. *b. t. §. 2.* Georgi Eberlin. *ad b. t. c. 4. n. 14.* & Struv. *S. J. C. b. t. rh. 63.*) populus non sine maximo Reip. incommodo aleretur, ob continuas Patriciorum & Tribunorum plebis Anno V. C. 260. à plebe creatorum, in Legibus ferendis lites, Stryk. *d. l. & §. 6.* tandem circa Annum U. C. 299. Authore Titio Romilio, Viro Consulari Sctum factum est Plebiscito confirmatum, de Legibus extraneis præprimis Græciæ, tunc temporis Legibus ab Hæbreis quasi de manu in manum sibi datis Zepper. *De LL. Mosaic. L. 1. c. 3.* Heiden. *De I. N. & G. Cyprian. Regner. Censur. Belgic. ad §. 10. J. de I. N. G. & C.* maximè instructæ & celebris, colligendis, missiq; Athenas tres (malè hîc Pomponius *L. 2. §. 4. b. t.* decem. Vid. Livius. *L. 3. Dionys. Lib. 10.* Hahn. *ad W. b. t. p. 92. jung. Stryk. d. l. §. 6. in fin. & Lauterb. b. t.)* Legati sc.  
C  
Spurius

Spurius Posthumius Albus, A. Manlius & P. Sulpitius Camerinus, qui triennio maximâ Græciæ parte lustratâ, Legibusque ibi frequentatis, præsertim Solonis descriptis Romam redierunt, interim Decemviris Romæ creatis, qui suo arbitratu præfatas Leges promulgarent. Liv. L. 3. c. 33. Hi vertente anno ex Græciâ allatas Leges decem æreis (malè hic Pomponius: Eboreis, Vid. Livius & Dionysius *Supra cit. loc.*) tabulis incisas publicè in centuriatis Comitiiis proposuerunt, Jacob. Gothofr. *d. l. c. 1.* & Dionys. Gothofr. *in Not. LL. XII. Tab.* Struv. *d. l.* & simul se Magistratu abdicarunt. Lauterb. *d. l.* Quibus X, tabulis LL. cum adhuc quædam deessent, sequenti Anno ab U. C. 303. hisce duæ aliæ Tabulæ superadditæ sunt, quibus tamen *proprie Leges Romanorum* continebantur, & itâ ex accidenti omnium Romanorum jus tunc temporis *Legum. XII. Tabularum* appellatione venit. L. 2. §. 4. ff. *b. t.* quas Livius L. 3. c. 34. fontem omnis publici & privati juris, ejusque absolutum *Corpus* appellat, & Cicero omnibus Philosoph. Bibliothecis anteponebat L. 1. *De Orat.* Rittersh. *Tr. D. LL. XII. Tab. c. 4.* Frantzk. *b. t. n. 10.* Harum tamen non nisi fragmenta quædam adhuc supersunt, commentariis Dionysii Gothofredi, Rittershusii, Jacobi Ravardi, Francisci Hotomanni aliorumque illustrata. Confer. Stryk. *d. c. 1. §. 7.*

§. 4. Successu temporis hoc jus LL. XII. Tabul. variè adauctum est (1.) Per Jctorum interpretamenta & Forenses Disputationes instar juris non scripti Romæ observatas. Theophil. *ad pr. §. De Acquis, per arrogat.* §. 3. & proprio vocabulo *jus Civile* nuncupatas L. 2. §. 5. & *b. t.* Paulus L. 4. *sentent. tit. 8.* (2.) Legum actiones & Solennes Jctorum agentibus strictè observandas formulas L. 2. §. 6. & 7. ff. *b. t.* unde *Jus Flavianum* & *Ælianum* natum est, cujus meminit Pomponius *d. l. §. 6. seq.* (3.) Per Leges singulares novas, ab *universo populo* singulari ritu, de quo vide Rosin. *De Antiquit. L. 8. c. 2.* & Stryk. *d. l. c. 1. §. 15.* pro Reip. necessitate subinde latas. Gothofr. *d. c. 2. n. 3.* & L. 2. §. 8. ff. *b. t.* (4.) Per Plebiscita s. jura à *solâ plebe*, discordiis variis inter ipsam & Patricios subortis, *scita*, i. e. constituta, exque Lege (a) Horatiâ Anno U. C. 303. (b) Lege Publiciâ Anno U. C. 414. & (c) L. Hortensiâ Ao. U. C. 467. Legis vim & *authoritatem* totum populum obligandi, §. 4. *§. de J. N. G. & C.* Hahn. *ad W. b. t. p. 93.* Gel. L. 15. c. 27. Anton. Augustin. *De LL. & SCT. in Leg. Horat. Public.* tandemque & *nomen* Legis (exemplum est in Tit. De Lege Aquiliâ & De Falcidia. *Vid. L. 1. §. 1. ff. Ad L. Aquil.* & Gothofred. *ad L. 1. ff. Ad L. Falcid. Lit. T.*) *nacta* (5.) Per *Senatus Consulta* L. 2. §. 9. ff. *b. t.* Vid Stryk.

c. 1. §. 20. & 21. (6.) Per Magistratum & maximè Prætorum 83. annis, A. sc. C. U. 386. Stryk. *d. l. c. 1. §. 23.* post LL. XII. tab. constitutorum Edicta L. 7. §. 1. & L. 8. ff. *De J. & J. L. 2. §. 10. ff. h. t.*

§. 5. Abeunte tandem propter varias Primorum civitatis factiones Populari vel certè mixto Statu in MONARCHICUM circa Annum U. C. 700. translataq; omni, quæ penes Populum resederat, per legem Regiam in Principes potestate, hi varias tulere Leges, speciali nomine *Constitutiones* dictas: L. 1. & t. t. ff. & C. *De Constit. Princip.* Quarum aliæ sunt *Gentilium*, ab Augusto sc. usque ad Constantini M. initia, per 350. circiter annos; aliæ *Christianorum Imperatorum*, à Constantino M. usque ad Justinianum Imperatorem. Illorum Constitutiones ab Hadriano ad Vallerium Gallienum ab A. C. 120. usque ad A. C. 254. privato conamine in Codicem collegit Jctus Gregorius, ex suo nomine *Gregorianum* dictum; Succedentium usque ad Constantinum M. ab A. C. 268. usque ad A. C. itidem privatâ autoritate Codici inseruit Hermogenes Jctus, inde *Hermogeniano* appellato: Christianorum Constitutiones ab A. C. 306. usque ad A. C. 435. ipse collegit Imperator Theodosius, unde Codex *Theodosianus*, qui hodiernum adhuc integer (Gregoriani & Hermogeniani non nisi aliquibus fragmentis extantibus) XVI. libris & VI. Tomis in folio distinctus superest, & Anno 1665. iterum lucem vidit in Gallia Lugduni, prolixis *Jacobi Gothofredi* Commentariis, post obitum hujus Viri Studio *Antonii Marvilli* publicè Juris factis illustratus. Stryk. *d. l. c. 2. §. 5.* Struv. h. t. Ex hisce nec nom subsequenrium Imperatorum Constitutionibus, usque ad sua tempora Imperator Justinianus A. C. 529. 7. Id. April Codicem Priorem, ex nomine suo *Justinianum* dictum, eòque iterum abolitò, interim à se emissis novis Constitutionibus, & 50. Decisionibus, *Const. Cordi nobis De Emend. Cod.* §. 1. A. C. 534. 16. Kal. Dec. Novum *Repetita Praelectionis* s. Posteriozem nuncupatum, quò hodiernum adhuc utimur, confectum publicavit. De quò plura videri possunt ap. Stryk. *d. l. c. 2. §. 17.* & Lauterb. in *Prolegom.* §. 5. seq. Eodem tandem in Statu, auctâ Jctorum autoritate, eorum Responsa Legis vim quoq; adepta sunt. §. 8. *J. De J. N. G. & C.* commodam Justiniano A. C. 533. Pandectis concinandis materiem exhibentia *Vid. supr. Proem. §. 6.*

§. 6. Monuimus in Statu Mixto & Monarchico Maximum inter alia jura augmentum accessisse Juri Romano (1.) *Ex jure Prætorio*, (2.) *Ex Responsis Jctorum*. Quoad illud practicè notamus; Quod, quamvis Jus Prætorium

Prætorium olim *annale*, postea à Salvo Juliano in ordinem digestum *perpetuum* factum, Jussuque imperatoris Justiniani in Corpus juris relatum sit, & cum Jure Civili confusum eandem Legis authoritatem accepisse sano sensu recte dici possit, cum Justinianus edicta Prætoris Digestis suis inferendo, omnia sua fecerit; *L. 2. §. 10. C. De V. J. E* Non aliter tamen, quam quoad *externam facultatem obligandi* id intelligendum esse autumamus, *salvâ* interim *naturâ Juris Prætorii*, quam etiam hodiernum, legali licet authoritate Juri Prætorio in Corpus Juris relato tributâ, à Jure Civili distinctam retinuisse, *Wes. ad §. 7. J. De J. N. G. & C. junct. §. 1. J. De Oblig. §. 3. & 12. J. De Action.* sicque non *originis* duntaxat ratione, sed etiam quoad *effectum* adhuc hodiè omninò ab invicem differre Civiles & Prætorias actiones, satis claret *expr. J. De Perpet. & temp. act. & L. 35. pr. ff. De O. & A.* Ubi *annale* tempus regulariter *Prætoris*, *Perpetuum* verò *Civilibus* actionibus definitum, in injuriarum Prætoriâ actione hodiè in foro ad æstimandam injuriam institutâ, ceu *annali*, *Mynsinger. Cent. 5. Obs. 7. n. 7.* & actione ex libello famoso civili, ceu *perpetuâ*, *Brunnem. Ex. 25. J. Tit. 4. fin.* adhuc observari Praxis Moderna satis docet. *Vid. Stryk. ad. §. d. l. c. 1. §. 26. & in usu Moderno ff. h. t. §. 3. Hopp. ad J. Quoad hæc verò* puta Responsa Jctorum practicè observamus: Quod, sicuti *indubium* est, tempore Augusti Illorum Jctorum, quibus ab Imperatore de jure respondendi facultas concessa erat *L. 2. §. 47. ff. h. t. §. 8. J. De J. N. G. & C.* responsa tantam habuisse authoritatem, ut judici fas non fuerit in sententionando illa negligere; *d. §. 8. inibiq; Ddres.* ita Doctores Juris in locum Veterum Jctorum succedentes *Carpz. P. 2. C. 10. D. 4. n. 3.* potestate consulendi & respondendi ex authoritate Imperatoriâ in Promotionis actu solenniter ipsis collatâ, hodiernum adhuc quidem gaudeant *Cothman. Vol. 5. Resp. 38. n. 1. Carpzov. L. 6. Resp. 18. n. 10.* Judice etiam Unius privati Doctoris (secus ac Advocati, ut ut jure Consultissimi *Stryk. in usu Moderno ff. h. t. §. 5.*) responsum ab actis rejicere non valente, interim tamen eâdem cum Veterum Jctorum responsis authoritate Modernorum Juris Doctorum Consilia & Responsa indistinctè haud polleant, tribus diversis casibus hic neutiquam confundendis; Aut enim (1.) *Partis* proprio motu *ad sui informationem* responsum impetrat *Germ. Eine Rechtsbelehrung* & h. c. Prudentum Responsum, (quod etiam post Conclusionem in causa in ipso inrotulationis actû, utpote in gratiam Judicis, non Partis actis adjectum *Dn. Brunnem. Process. Civ. c. 25. n. 9. inibiq; sit. Ddres ad acta*

acta admitti debet. Blum. *Process. Camer. Tit. 63. §. 24.* Stryk. *in usu Modern. ad. h. t. in fin.*) non quidem Judicem stringit, ut illud in concipiendâ omninò sequatur sententiâ per *Noviss. R. J. de Ao. 1654. §. 96. ibi Solche Consilia sollen weder in referendo, weder in votando Ziel oder Maasse geben.* Berlich. *P. 1. Concl. 59. n. 26. seq.* Umm. *De Process. Disp. 18. th. 6. n. 25.* id tamen à parte *litigantium* operatur, ut quamvis etiam non *integri Collegii*, sed *duorum tantum Doctorum*, vel *unius etiam*, sed *Excellentis* responsum pro se producens Carpz. *P. 1. C. 31. D. 27. n. 5. & P. 1. Dec. 46. n. 15.* Mev. *Consil. 110. n. 88.* Berlich. *P. 1. Concl. 78. n. 31.* in lite succumbat, ad refundendas tamen victori litis expensas condemnari nequeat. Dn. ab Andler. *in Jprud. Publ. & priv. L. 1. T. 2. P. 2. n. 36.* Stryk. *in not. ad J. Tit. De Pœn. temer. litig. §. 1. per L. pen. C. De fruct. & lit. expens. & L. 79. ff. De jud.* Modò factum legitimè narratum fuerit à producente. Mev. *Consil. 110. n. 230.* Collegium enim Jctorum secundum ea, quæ proponuntur, respondet *L. 34. pr. ff. De Leg. 2. Conf. L. 13. in fin. ff. De alim. leg. L. 15. pr. ff. eod.* alioquin magis ad narrata, quam responsum respiciendum est. Mev. *Consil. 21. n. 185.* Cothman. *V. 3. Conf. 29. n. 404.* Aut (2.) *judex* proprio motu *ad sui informationem* responsum desiderat: & h. c. si itidem *judex* advertat illius responsi rationibus se non convinci, liberum ipsi est illò non attentò vel ad alios Prudentes acta transmittere, vel aliam sententiam formare, partibus frustra reclamantibus. Stryk. *In usu Moderno. ff. h. t. §. 7.* Interim tamen, si *Judex* tale responsum secutus fuerit, conveniri à partibus nequit, quod malè judicaverit. Wesenb. *P. 5. Consil. 225. n. 22.* Schurff. *Cent. 1. Conf. 29. n. 11.* Klöck. *Consil. 52. V. 1. n. 69.* Modò ad plenam & veram facti narrationem responsum fuerit datum. Stryk. *d. l. præprimis à toto Collegio.* Befold. *Thes. præct. voc. Belehrungs Urteil.* Aut (3.) *Judex desiderantibus Partibus* (facilè n. transmissionem *Judex* declinare non potest. Schrader. *De feud. P. 10. c. 14. n. 68. seq.* Recess. Imp. *De Ao. 1654. §. 113. ibi: Sol schuldig sein*) vel ex *Officio* actis transmissis Responsum à Collegio juridico per modum sententiæ als eine *Wey- oder End-Urteil* desiderat, Et h. c. præcisè sententiam illam sequi & qualiter concepta est, publicare tenetur, præprimis in Criminalibus *Consil. Crim. a. 156.* Tabor *ad 27. §. 9. p. 190.* salvo gravatæ parti Appellationis remedio. Blum. *Proc. Camer. Tit. 46. n. 20.* Carpzov. *P. 1. C. 26. D. 1.* Stryk. *d. l. §. 7. in fin.* Ubi addit: Si verba sententiæ h. c. dubiè concepta sint, non licere *judici* pro lubitò eadem declarare, sed hanc declarationem ab ipsis sententiam concipientibus Jctis petendam esse. Mev. *P. 1. Dec. 110.* §. 7. De

§. 7. De Communibus Jctorum Opinionibus, quas congregavit Gabriel. *Tr. Comm. Opinion. & Hier. De Cavallos in Tr. Communium Opinionum contra Communes* ita paucis sentimus: Si juri aperto non refragentur, sententiam facere probabilem, vimque consuetudinis habere, si probentur in specie in judiciis receptæ; Alias non plus roboris habere, quam rationes, pro illis adductas. Gabriel. Alvar de Velasc. *Tr. De Judic. Perfect. Rubr. 15. Annot. 1. n. 52.* Stryk. *De usu Modern. ff. Tit. seq. §. 13.* Idem & de Glossa *judicium esto, quæ tantum probat, quantum allegat Carpz. L. R. 89. T. 8. n. 22. Zefius. Lib. 1. Consi. 4. n. 16.*

§. 8. Secunda Tit. Pars exhibet *Ordinem Magistratum Romanorum*; De quibus cum partim infra specialibus Titulis agendi non deerit occasio, partim etiam ipse Pomponius in *L. 2. ff. b. t. §. 16. seqq.* dilucidè satis illorum seriem ac ordinem exponat, hic diffuere nolumus;

§. 9. Circa Tertiam Partem item binis notantes: Veteres Jctos cum Struvio *b. t.* commodè in tres distingui Classes posse, quarum Prima continebit Jctos, qui ante Christum natum usque ad Augusti tempora vixerunt, de quibus agit *L. 2. b. t. à §. 36. usque ad §. 47.* Secundo occupabitur circa Jctos, qui ab Augusto usque ad D. Hadriannum floruerunt, de quibus *vid. §. 47. ff. b. t.* Tertia complectetur illos Jctos, qui ab Hadriano usque ad Alexandrum Severum & Gordianum Imperatores inclaruerunt. De quibus omnibus Vid Cotellianus Cotta *De Jurisperitis.* Bernhard. Rutilius *De Vitis Jctorum.* Panciolla *De Claris LL. Interpretib.* Hahn. *ad Wes. b. t. ad fin.* Forster. *De Hist. jur. Civ. Struv. b. t. th. 68.* Ubi addit: Quod quidem post Severum & Gordianum Constantini potissimum ejusque Filiorum ætate fuerint nonnulli Jcti: Verum cum illi omnes vetera saltem jura collegerint, excoluerint & interpolaverint, inde esse, quod illorum in Historia juris nulla facta sit mentio, præprimis cum ex illorum scriptis, exceptò solò Aureliò Arcadiò Charisiò, qui sub Philippis Christianis floruit Imperatoribus, vix una atque altera lex statuta desumpta sit *L. 1. 21. §. fin. ff. De Testib. L. 10. De quæstion. L. Un. De offic. Prator. L. fin. De Municip. §. honor.*



Disqui-

**D**isqviris justum quid sit, quæ juris origo,  
Hinc Tibi quod Justum contribuetque Themis.

*Faucula hæc, raptissime quidem, quævis  
tamen prospera Dno. Respondenti  
apprecatus, scripsit*

**CHRISTOPHORUS Redeker/**

Doctor, Codicis Professor, Consistorii Ducalis  
Assessor & Academiae p. t. Rector.

*Ad*

*Politissimum Dn. RESPONDENTEM*

**A**D suprema boni fastigia totus anhelas.  
Sic plene † surgis laudeque dignus ovas.  
Perge DEI ductu plenis † urgere, quod optas,  
Velis: Te Studii præmia justa manent.

† *Sprengelius*  
Anagr.

*LMque*

plene surgis:  
plenis urges.

**A. D. HABICHHORST, D.**

*Nobilissimo Dn. RESPONDENTI.*

**H**actenus assiduis Tibi culta scientia juris  
Est studiis, animi non sine laude probi.  
Si, SPRENGELE, viâ posthac bene pergis in istâ,  
Si bene jura DEI, jura hominumque colis,  
Si servare bonam studeas in pectore mentem,  
Jurisconsultus sic bene doctus eris.

*f. grat.*

**JO. FECHT. D. P.**  
Consist. & Superint.

**I**ncluta dum scandis Venerandi Pulpita *Juris*,  
Sic tribuens *Juri* debita *Jura* Tuo;  
*Jus* parat hocce Tibi, quæ debet *Jure*, laborum  
Præmia, mox Studiis contribuenda tuis.  
Nocturnâ versare manu versare diurnâ  
*Jus* perge, hoc *Juri* debita *Jura* feret.

*Nobiliss. Dno. Respondenti Juri Cultori perindustrio Au-  
ditori suo in Coll. publ. privatisq; solerti, de studio-  
rum primitiis, ubertorem eorundem messem presagientis,  
L. M. Q. gratulatur*

**PRÆSES.**  
*Roma*

Roma vetus, veteres dum te rexere Quirites,  
Nec bonus immunis, nec malus ullus erat.

**G**eht hier das Rechte Recht / <sup>\* \* \*</sup> verfaßt in kurzen Zeilen /  
Wodurch das Alte Rom es groß und hoch gebracht;  
Bergeblich werdet ihr zur Rechts-Gelahrtheit eilen/  
Wird dieses nicht von Euch zum Haupt-Satz angebracht.  
Der irret / welcher meint nur durch ein blosses Wissen  
Ein Rechtsverständiger und Advocat zu sein/  
Nein; ich erweise dieß aus unfehlbaren Schlüssen:  
Gib jeden was du solt / behalte was ist dein.  
Homeri Ilias liegt in den kleinsten Schalen /  
Das grosse weite Recht beschleusst dieser Satz:  
Den Frommen thue wohl / den Bösen soltu zahlen/  
Was seine Thaten wehrt. Dieß Recht hat immer Platz.  
Will er das alte Recht in neue Formen glessen?  
Lass die Gerechtigkeit bei alten Schrot und Korn/  
So wird von oben her viel Segen auf ihn fließen /  
Und einen Klugen Stun / sein alles unverworn.

\* Augustinus. Debemus  
habere *Judicium* & *Justitiam*. Discernendo  
*Judicium*, faciendo *justitiam* obtinemus.

Seinen wehrten Haus-Genossen auch fleißigen  
Auditori der Privat-Collegien, gratulir-  
te hiemit zum rühmlichen Beweisethum  
seiner wollangefangnen Studien,

M. JOACHIMUS Lindemann,  
Phys. & Metaph. P. P. ad D. Mar.  
Archi-Diaconus.

**W**Er von einer Zeit zur andern / seinen Fleiß verschahren will /  
Wird es schwerlich dahin bringen / daß Er bald erreicht sein Ziel;  
Aber selbst fleißig seyn / und dann andre öfters fragen/  
Sind die Mittel wodurch man / Lob und Ehre kan erjagen.  
Daß hieran gar nicht zu zweiffeln / zeigt mein Freund satzfahm an:  
Durch Setzn rühmliches Exempel / wird dieß alles dargethan.  
Darumb wünsch ich billig Glück / zu dem heutigen beginnen:  
ER fahr also ferner fort / so zeucht ER mit Ruhm von hinnen.

Mit diesen wenigen Zeilen / wolte gegen den Hn. Respon-  
denten, seine observance témoigniren,  
dessen ergebenster


J. H. Sibrand/  
U. J. Candidatus.











**D**isqviris justum quid fit, quæ juris origo,  
Hinc Tibi quod Justum contribuetque

*Paucula hæc, raptissime quia  
tamen prospera Dno.  
apprecatus, scripsit*

**CHRISTOPHORUS**

Doctor, Codicis Professor, Confiliarius  
Assessor & Academiae p. t. Rector

*Ad*

*Politissimum Dn. RESPONDENTEM*

**A**d suprema boni fastigia totus anhelas.  
Sic plene† surgis laudeque dignus ovas.  
Perge DEI ductu plenis† urgere, quod optas,  
Velis: Te Studii præmia justa manent.

† *Sprengelius*  
Anagr.

*LMque*

plene† surgis:  
plenis† urges.

**A. D. HABICHHORST**

*Nobilissimo Dn. RESPONDENTI.*

**H**actenus assiduis Tibi culta scientia juris  
Est studiis, animi non sine laude probi.  
Si, SPRENGELE, viâ posthac bene pergis in istâ,  
Si bene jura DEI, jura hominumque colis,  
Si servare bonam studeas in pectore mentem,  
Jurisconsultus sic bene doctus eris.

*f. grat.*

**JO. FECHTNER**  
Confiliarius & S

**I**ncluta dum scandis Venerandi Pulpita *Juris*,  
Sic tribuens *Juri* debita *Fura* Tuo;  
*Jus* parat hocce Tibi, quæ debet *Jure*, laborum  
Præmia, mox Studiis contribuenda tuis.  
Nocturnâ versare manu versare diurnâ  
*Jus* perge, hoc *Juri* debita *Fura* feret.

*Nobiliss. Dno. Respondenti Juri Cultori per  
diti suo in Coll. publ. privatisq. soler  
rum præmissis, uberosorem eorundem messe  
L. M. Q. gratulatur*

**PR**

